



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum


**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197089**

Dominica XI. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)



## DOMINICA XI.

## post PENTECOST.

*Miracula*

THESIS I. *Surdos fecit audire, & mutos loqui. Marc. 7. v. 37.* Problema esse possit: an, si Deus cæcos videre, surdos audire, mutos loqui faciat, quid majus præster, quam si aliquos cæcos, aliquos surdos, aliquos mutos efficiat?

*Lingua moderatio.*

THESIS II. *Loquebatur rectè. Marc. 7. v. 35.* Tria igitur observet, qui linguam moderari cupit: I. Paucè loquatur. II. Bona loquatur. III. Opportunè loquatur. *Raynaud. Virtut. fol. 844.*

THESIS III. *Loquebatur rectè. Marc. 7. v. 35.* Fructus Moderationis linguæ primus est. I. Quòd Cogitationes sanctas & sapientes producat. II. Secundus: Peccatum, quod in multiloquio non deest, evitatur. III. Reverentiam, & venerationem hominum sibi conciliet. *Id. Virtut. fol. 645.*

THE

THESIS IV. *Misit digitos suos in Deus etiā*  
*auriculas ejus. Marc. 7. v. 33. Con-*  
*traria operi Deo secunda. Mirabilis*  
*Deus in omnibus, sed in hoc potissi-*  
*mum, si dici potest, seipso mirabilior,*  
*quod contrariis, & pugnantibus uci no-*  
*verit, & consueverit, tanquam instru-*  
*mentis aptissimis ad suum finem conse-*  
*quendum, Quæ ergo Operi sunt contra-*  
*ria, si Deus iis utitur, sunt secunda. Ale-*  
*xand. Pellegrinus in Paradoxis Evangelicis.*  
*Paradox. 4.*

THESIS V. *Loquebatur rectè. Ratio lo-*  
*quendi.*  
*quendi ratio, qua profertur vel bonum*  
*bene, vel malum malè, vel bonum ma-*  
*lè, vel malum bene. I. Bonum bene*  
*loquitur, qui ea, quæ recta sunt, humili-*  
*ter annunciare viderur. II. Malum*  
*malè loquitur, qui quodlibet flagitium*  
*persuadere conatur. III. Bonum malè*  
*loquitur, qui quodcunque rectum arro-*  
*ganter prædicare sentitur. IV. Ma-*  
*lum bene loquitur, qui aliquod narrando*  
*viciū detestatur, ut ab eo homines a-*  
*vertantur. S. Isidor. Hispal. l. 2. de*  
*summo Bono c. 29. Sentent. 16.*

THE-

*Idioma  
terra, &  
Cæli.*      **THESIS VI.** *Loquebatur rectè.*  
Marc. 7. v. v. 35. I. *Idioma terrenum*  
*est* : Loqui Bene de se, Malè de aliis,  
Nil de Deo. II. *Idioma Cæleste est* : Lo-  
qui Malè de se, Bene de aliis, Sempet  
de Deo. P. Ludovicus de Ponte.

*Verborum  
tria gene-  
ra.*      **THESIS VII.** *Loquebatur rectè.*  
Marc. 7. v. 35. Petrus Faber primo-  
genitus S. Ignatij filius, teste Ludovico  
Gonsalvio, dividere solitus est verba  
I. in *verba Verborum*. II. *Verba Cogita-  
tionum*, III. & *Verba Factorum*, per  
quæ intelligebat exempla.

*Ars lo-  
quendi.*      **THESIS VIII.** *Loquebatur rectè.*  
Marc. 7. v. 35. Ut rectè loquaris, &  
linguam tuam dirigas, I. Infimus in  
hac arte gradus est *Scire tacere*. II.  
*Proximus Scire Parùm loqui*. III. Su-  
premus, & perfectissimus *Scire multum*  
*loqui absque Superfluitate, ac errore*.

*Conversa-  
tio.*      **THESIS IX.** *Solutum est vinculum*  
*linguæ ejus.* Marc. 7. v. 35. I. Prodi-  
gij instar, interesse conversationi homi-  
num, in qua aliis non detrahatur. II.  
Res rara, ut aliquis non simul eò per-  
trahatur. III. Difficile, ut aliquis  
non faciles præbeat aures. IV. Diffi-  
cillimum,

ellimum, ut aliquis sese ejusmodi maledicentiae opponat, quemadmodum tenetur.

THESIS X. *Loquebatur rectè. Regula lo-*

Marc. 7. v. 35. Ut aliquis rectè lo-  
quatur, viam monstrant sequentes re-  
gulae. I. Ut sit dominus linguæ, o-  
porter, ut sit dominus suorum affe-  
ctuum, seu Passionum. II. Ut aliquis  
turbaro animo taceat. III. Haud o-  
pus est semper respondere. IV. Verba  
aliorum contra nos nihili facere. V.  
Esse velocem ad audiendum, tardum  
ad loquendum. VI. Parcum esse in  
laude vivorum, mutum verò prorsus  
ad vituperationem. VII. Esse pauci-  
loquum. VIII. A Deo ad custodien-  
dam linguam petere gratiam.

THESIS XI. *solutum est vincu-*  
*lum linguæ. Marc. 7. v. 35. Vide su-*  
*perius Dom. 8. post Pent. Thesi 8. de diffi-*  
*matione. Verbum citò prolatum, sed non*  
*tam citò revocatum.*



DO.